



**Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Antverpiae, 1647**

65. Assiduus est in Passione Christi meditanda. Bernardinus Zanonius,  
Italus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

112      SOCIETAS IESV

cussa ad suscipiendos cælestis sapientiæ  
satus instauravit. Inde quasi ab secunda  
origine rite consitum, radicibus per ad-  
versa altè actis, ac stirpibus segregatis  
incommodis, Conimbricense Colle-  
gium lætius feliciusque refloruit, edi-  
ditque deinceps perenni ubertate, Eu-  
ropæ, Africæ, extremisque Asiæ genti-  
bus saluberrimas fruges.

P. p. *historia Societ. Nicolai Orlandini lib. 22.*  
à num. 59.

V.

AMATOR CRVCIFIXI

*Affiduus est in Passione Christi  
meditanda.*

65.

BERNAR-  
DINVS ZA-  
NONIVS  
Italus.

BERNARDINVS ZANONIVS, Italus  
fuit semper quam diu vixit, disci-  
plinæ Religiosæ ad exemplum usque ob-  
servantissimus. Meminerat ille, se primo  
statim in rationis limine ad Deum ani-  
mo fuisse conversum. Sacerdos è Socie-  
tate, qui familiariter cum illo ad xx.  
annos exegerat, adfirmabat, nullum se  
ex illo verbum otiosum, ne dum ira-  
cundum, aut amarulentum audivisse.  
Omnes, præter se unum commendabant:  
omnem verborum altercationem evi-  
tabat.

IMITATRIX CRUCIFIXI. 113

tabat. Corpus flagello, cinctuque ferreo divexabat. Hæc illi amor in CHRISTVM CRUCIFIXVM suggerebat, cuius in PASSIONE meditandâ erat assiduus.

Tanta fuit opinio sanctitatis eximii hujus Amatoris CRUCIFIXI Domini, ut prius etiam, quæm vitâ fungeretur, Viri è primoribus, fœminæque, quantumvis dignitate maximâ de rebus aliquid deposcerent ad Reliquias. Obiit ubi vixerat, Genuæ die xxix. Martii, Anno M. DC. XX. ætatis circiter xc. Religionis initæ LX.

Lits. Mediol. Prov. Elog. Vit. B. S.

V I.

AMATOR CRUCIFIXI

Bacchanalium insolentiam Crucifixi ostensione coercet.

LVDOVICVS BALLESTER, Hispanus ardentissimis concionibus per compita passim institutis plebem erudire solebat, comitantibus dicentem lachrymis, gemitibus, suspiriis, sequente frequentia Confessionum. Acerrimus erat & pietatis augendæ procurator, & vitorum exscindendorum vindex: tentaque

66.  
LVDOVI-  
CVS BAL-  
LESTER  
Hispanus.